



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Ioviani Pontani. De Aspiratione Libri duo. Charon
Dialogus. Antonivs Dialogus. Activs Dialogus. Aegidivs
Dialogus. Asinvs Dialogus. De Sermone Libri Sex. Belli,
Qvod Ferdinandvs Senior ...**

Pontano, Giovanni Giovano

Venetiis, 1519

Plura esse mendacium genera.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12960

tantum ut uideatur, atq; appareat.

De Iactatoribus, & Ostentatoribus.

Nam qui Iactantiam excessum hunc potius dicit, atq; esse uolunt, in eo labuntur, quod Ostentatio cū plerumq; uana sit, Iactantia ipsa ad superbiā ubiq; est, aut ad stoliditatem referenda, in leuitate uero parū omnino differunt, Et Ostentatio quidem affingit sibi aut quæ nulla prorsus è parte insunt, aut maiora ea q̄ sint, facit. At Iactator etiam in ijs quæ uera sunt, referendis, atq; extollendis est nimius, peccatq; in eo uehementer, q̄ nec modum seruat, nec mensuram, nimisq; fastidit et gestu, & uerbis, & contentione est immoderatio. Quo in toto fere genere Ajax peccat apud Ouidium, quando & quæ dicit uera illa ipsa sunt, atq; adeo quidem magna, ut magnificari, affingendo eis aliquid, nullo modo necesse esset, et singula quidem erant notissima Græcorū duabus, ac senatui. Tamen quod insolentius ea ab illo dicantur, quod nimis indignanter dictum uideatur,

Agamemnon pro Iupiter inquit

Ante rates causam, & necum confertur Ulysses,

Quodq; et ore, et manibus, et toto corpore (ut mos est indignantium) insolenter iactabatur, potest iactantiæ iure ipso argui, atq; accusari, nequaq; tamen aut ostentationis, aut fortasse arrogantia. Quo fit, ut Iactator ipse nimius sit, atq; immoderatus, siue uera dicat, siue parū uera, atq; arcessita, Cum Ostentator nequaq; sit ipse iactatu nimius, sed parum omnino dictis uerus, atq; ex eo uanus, magis q̄ aut superbus, aut arrogator. Hæc autem dicuntur à nobis non detrahendi recentioribus quibusdam scriptoribus, uerum docendi studio, cum præsertim de ueritate ipsa sit quæstio.

Plura esse mendacium genera.

Mendaces igitur cum eorum propositum sit mentiri, alij quidē honoris mentiuntur adipiscendi gratia, alij uero comparandæ pecuniæ. Sunt quibus mendacium ipsum pretium est, ipsaq; mentiendi uoluptas perq̄ suauis est eorum fructus. quod genus maxime uanum iudicandum est. Videtur autem huiusmodi homines ab illo ipso ad quod geniti à natura sunt, q̄ longissime discessisse, cum ad grauitatem geniti sumus, & ad constantiam, ac firmitatem omnes, nec (ut Cicero ait) quicq; sit turpius uanitate. Iure igitur Vani appellati sunt, Cum eorum cogitationes, ac uoluntates prorsus inanes sint, fluxaq; consilia, uirtutum uero ipsum Vanitas, quando propositū ipsum futile est, leue, inane, uacuum, quæ oīa uanitatem, & quidem summam indicant. q̄ autem ridicula hæc ipsa sit uanitas, ea fingens, quæ nusq; sint, ea mentiens quæ fieri, aut esse ne-

» queat, Vmber noster Comicus docuit, in milite illo ostentante uictorias
 » suas, Sexaginta hominum millia uno die euolaticorum manibus oc-
 » cidi meis, & (quo sermo eius uanior appareret) subdit, uiscum le-
 » gioni dedi, fundisq; eos prosternebant, ut folia farsari. Quid multa?
 » quos uisco offenderant, tum crebri ad terram decidebant, quasi pira, ut
 » quisq; ceciderat, eum necabam indita per cerebrū pinnula, sic quasi
 » turturem. Quid his euandidū magis? q̄ igitur uani per se ipsi sint men-
 » daces huiusmodi, q̄ ridiculi, & contemptibiles, quis non uidet? Atq;
 » hac quidem ratione Poetas omnis ridiculos, ac despicibiles forte quis
 » dixerit. Non esse autem despicendos, uerum admirandos potius, illud
 » docet, quod Aristoteles, & Homeri, & aliorum Poetarū auctoritate
 » in maximis q̄busq; rebus utitur, et Poetarū dicta pleraq; habita sunt
 » pro oraculis, cū Mēdaces ipsi, atq; Ostentatores nugentur, ac garriāt,
 » magisq; fingāt, sitq; fabula ipsa inuenta non uanitatē gratia, uerū ut
 » arte ea hoies uel deterrerēt a uitijs, ut cū Lycōnē in lupū fingunt
 » ob crudelitātē maxie offeratā cōuersum, uel incitarentur ad uirtutes,
 » cū Castorē, Pollucē, Hercule in coelū translatos decantāt. Aesopi fabu-
 » la exēplū uitæ esse potest illis præsertim, quos cōtigit obscuriore in
 » loco aut nasci, aut educari, & uiuere. At Homeri poema uirtutem esse
 » sanctissimum uir Basiliius iudicat. Nihil eni Poeta ille neglexit, q̄ tum
 » heroicis, tū ciuiles ad uirtutes pertineat. Quid porro ad pietatē, reli-
 » gionē, tolerantiā, fortitudinē, q̄ itē ad declarandā rerū humanarū in-
 » cōstantiā, fortunæq; uarietatem, q̄ non Aeneæ Virgiliani res decla-
 » rent? ut etiā illorū qui diem obiere, quæ præmia sint cuiq; pro meritis
 » cōstitutā, aut rursus pœnæ, liceat apud illū plane noscere. Et Horatius
 » ait de Homero,

» Qui, quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,

» Plenius, ac melius Chrysippo, & Crantore dicit.

» Itaq; Mēdaces hi q̄dē inanes sunt, ac uani, q̄n eorū finis, ac propositum
 » ē uanitas, et q̄dē moralis, eaq; aptissima uanitas. At Poetæ habiti sūt
 » admirabiles, diuiniq;. Delectādo eni, et p̄ blāditijs i animos hoium i
 » fluēdo conati sunt eos ad generosissima quæq; ab maxime foedis, ferisq;
 » atq; a belluarū oppido q̄ simili bus moribus retrahere, abducereq; a syl-
 » uis. Quocirca ob hoc ipsū studiū putatus ē Orpheus syluas cātu traxit
 » se post se, animaliaq; illas incolētia, et Amphio rupes ac saxa. Quid
 » igitur iter fictiōes intersit publicæ utilitatis, atq; humani generis istuē
 » di gratia susceptas, et eas quæ solā ob uanitatē, nō modo uetustissimā
 » Poetæ docet, uerū et Prædicatores huius nostri t̄pis, q̄bus familiare q̄
 » dē ē, prudētissime excogitata quædā, et ficta in exēplū adducere. Ve-

DE SERMONE

rū de hac ipsa Mēdacitate satis. Quātū enī ueritas ipsa laudatur, estq; ī pretio, tāto ē magis ridicula ostētādi uanitas, fallaxq; emētēdi studiū.

Quid Aristoteles hac de re sentiat.

Totum autem hoc genus, de quo suscepta nobis disputatio est, Aristoteles tradit in sermonibus uersari, atq; in actionibus, adhuc (quod Ostentatores simulanter affingant sibi, quæ ipsis nequaquam insint, aut maiora quàm re ipsa illa sint) etiam in fictionibus, arcessitisq; fucationibus. Hos ipsos autem homines Ostentatores esse ait, proprioq; nomine ἀλαζόνες, qui apud Plautū sunt gloriosi, At quos Irones uocat, eos aut inficiari, aut dissimulare quæ ipsis insint, aut ex ipsis sibi multum de trahere, eaq; quæ uera sunt, dissimulando minuere, Horum uero medium ἀλαζονείων, hoc est et uita, et sermone ueracem esse, quæq; et quanta sibi insint, profiteri, illisq; nihil aut fando demere, aut adijcere rebus suis, Atq; hæc quidē ipsa consuesse fieri aut nullius, aut alicuius rei gratia. Esse autem unumquemq; perinde ac sunt eius dicta, facta q; ac uita omnis, præterquam si rei cuiuspiam dimoueat gratia. Mendacium uero ipsum per se et turpe esse, et opprobriosum, seius autem uerū ipsum, et honestum, et laudabile. Itaq; Veracem hominem (quod medium teneat) quasi æquipensatorem quendam merito laudari, contra Mendacer utrosq; et qui Ostentatores sint, et qui Ironici, uituperabiles, Ostentatores tamen amplius. Esse igitur Veracē, qui et uita, et sermone, hoc est factis, dictisq; ueritatem tueatur, et colat, talisq; habitu existat, ac consuetudine, exq; eo probum illum uirum esse, ut pote ueritatis oppido quàm studiosum, etiā in minimis quibusq; atq; hoc etiā magis in maximis, iisdemq; serijs rebus, quippe qui abhorreat a mendacio, ducatq; illud quidē per se ipsum fugiendū, quod et si commendatione dignum est ac laude, tamen (quæ ueracis hominis modesta est) si apte eum natura propensioem putat ad subducendum de ueritate quippiam, cum superlacionem omnem, atq; immoderantiam inuidiosam existimet, atq; odio dignam. Ac de Verace quidem hæc ab illo traduntur. Et Mendacibus uero, qui nullius rei gratia, sed ob ipsam tantum mendacij uoluptatem, maiora quàm quæ sunt, sibi per simulationem, rebusq; affingat suis, prauum illū quidē si apte natura esse, atq; a probitate alienum, quæ ueracium hominū comes sit, ni enī ita esset mendacio nequaquam gauderet, Ceterum uanum potius uideri, quàm malum. At qui honoris gloriæ uel ac famæ gratia ostentandis rebus suis, ijsq; falso, ac simulanter arcessendis, ueri fines egrediatur, adijciatq; supra quàm res ipse se se habeant, illū nō ita quidem uituperatione dignū, At qui pecunia captus emētatur,